

cat istud, quod paratur ex spir. nitr. & vini $\bar{a}\bar{a}$ *dr. s.* vel *scrup. ii.* in aq. comm. tepida ad sudores provocandos exhibendum. Aeger verò ut quiescat, nec moveatur, quamvis difficile sit, monet *idem*:

(a) *in prax, chym. p. m. 184.*

X X I X.

Externa tandem, quæ in usum hic veniunt, obveniunt varia. *Fomentum* ex emollientibus & discutientibus, præmissis iis tamen, quæ *Th. 29.* monet, & materia aliquò modò jam imminutâ. Eodem nomine parandum *linimentum* v. g. istud *Mercati*: (a) \mathcal{R} . galban. in spir. vin solut. *dr. ii.* ol. rut. nardin. $\bar{a}\bar{a}$ *unc. i.* croc. *gran. vi.* cer. alb. q. s. **F. Linimentum.** Axungiam cati Sylvestris umbilico inunctam præsentissimum esse remedium *Agricola* (b) contendit. Olei saponis *gran. vi.* cum gossypio indita umbilico, contra colicam valere *Sennertus* (c) docet. Singulare laudat *Saxonia* (d) *fomentum* ex furfuribus in vino albo generoso madefactis in sacculo calide applicatum: nec minus filo crudo tribuit. *Emplastrum*, quale parat *Zacutus* (e) quodq; fidissimum vocat experimentum. Est vero istud: \mathcal{R} . vini generos. odorif. *libr. ii.* spir. vin. *libr. i.* aq. cinamom. *unc. iii.* balsam. *unc. ii.* ol. d. liquidambr. *unc. i.* ol. rut. camomill. $\bar{a}\bar{a}$ *unc. ii.* ol. terebinth. anis, & d. cost. $\bar{a}\bar{a}$ *unc. i.* ol. amygd. d. *unc. iii.* ol. d. bacc. laur. *unc. un* & s. si camomill *drachm. iii.* si. stæchad. rorismarin. $\bar{a}\bar{a}$ *dr. ii.* anis. cymin. dauc. cinamom. *dr. un.* & s. ligni aloes *dr. duas* & s. calam. arom. *dr. i.* styrac. calamith. *dr. un.* & s. styr. liquid. *unc. s.* **F. s. a.** emplastrum supra partem dolentem, non tamen nisi vacuatò corpore, imponendum. *Balneum* ex emollientibus & calefacientibus paratum, quippe quod tutissimum & efficacissimum est, cum flatus per